

demque tui, doctoris, omniumque huius ætatis philosophorum facile principis : qui in hos eosdem ac reliquos Aristotelis libros Averrois Arabis commentarios singulari diligentia certissimoque iudicio excussit, et infinitis propemodum mendis inquinatos suæ integritati restituit. Quæ res quantum adiuventi philosophiæ cupidis hominibus sit allatura, non est hujus temporis exponere. Neque sane faciam ut in eius viri laudes ingrediar, quod et plane superuacaneam operam suscepturus sim, et nullum exitum inuentura sit oratio. Nam summam hominis doctrinam, ingenium plane diuinum, acerrimum iudicium, omnes nationes gentesque iam norunt ac prædicant : utque eum e superiori loco de abditissimis philosophorum decretis audiant disserentem, frequentes quotannis Patauium confluunt.

Quod superest, clariss. cardinalis, lucubrationem hanc meam, non ex ipsa re quam longe infra tuam dignitatem esse constat : sed ex mea in te obseruantia ponderes velim. Vale.

Patauii, vii kalen. iulii M. D. LXII.

---

696

ΒΟΥΔΑΙΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΕΛΛΗΝΙΚΑΙ. BVDAEI EPISTOLAE GRAECAE, PER ANT. Pichonium Chartensem Latinæ factæ. PARISIIS, M. D. LXXIII. Apud Ioannem Benenatum.

In-4° de quatre feuillets et 206 pages. Sur le titre, une pique autour de laquelle s'enroulent un rameau d'olivier et un aspic à tête de salamandre, avec, au dessous, la devise : Βασιλεῖ τ' ἀγαθῶ, κρατερῶ τ' ἀίχμητῆ. Pages à deux colonnes, une pour le texte grec imprimé avec les types de Garamond, l'autre pour la traduction latine. Peu commun, mais beaucoup moins rare que les éditions antérieures.

Bibliothèque d'Émile Legrand (à Paris).

